

1.5.1 Analyse des Satzes (Z 23-34) nach der Einrückmethode:

HS

NS 1

NS 2

*Cum vero in hanc rei publicae navem, ereptis senatui gubernaculis fluitantem in  
alto tempestatibus seditio ac discordiarum, armatae tot classes,*

*nisi ego essem unus deditus,*

*incursurae viderentur,*

*cum proscriptio, caedes, direptio denuntiaretur,*

*cum alii me suspicione periculi sui non defenderent,*

*(cum) alii vetere odio bonorum incitarentur,*

*(cum) alii inviderent,*

*(cum) alii obstare sibi me arbitrarentur,*

*(cum) alii ulcisci dolorem aliquem suum vellent,*

*(cum) alii rem ipsam publicam atque hunc bonorum statum otiumque odissent et  
ob hasce causas tot tamque varias me unum deposcerent,*

*depugnarem potius quam id,*

*quod omnibus impendebat,*

*unus pro omnibus susciperem ac subirem?*